

XII. An et quæ præmittantur, antequam quis ad primam tonsuram, et minores ordines admittatur, et an sacris ordinibus initiandi, ante cujuscunque ordinis sacri receptionem, piis meditationibus, vulgo spiritualibus exercitiis, vacent per aliquot dies in aliqua domo religiosa.

XIII. An omnes prædicti vesres jugiter deferant clericales, et an, quoad fori privilegium, serventur disposita a sacrosancta synodo Tridentina sess. xxiii, c. 6, *De reformat.*, et a constitutione sanctissimi domini nostri Benedicti Papæ XIII in eodem concilio Romano emanata.

XIV. An habeantur conferentiæ theologiæ moralis, seu casuum conscientiæ, et etiam sacrorum rituum, et quot vicibus habeantur, et qui illis intersint, et quinam profectus ex illis habeatur.

XV. Quinam sint mores cleri sæcularis, et an aliquod in eo adsit scandalum, quod remedio indigeat potentiori.

§ IV.

De quarto capite ad clerum regularem pertinente.

In hoc capite exponendum erit

I. An regulares curam animarum exercentes qui episcopali jurisdictioni, visitationi et correctioni subsunt in iis, quæ ad curam pertinent, et administrationem sacramentorum, munus sibi commissum fideliter adimpleant, juxta ea, quæ in præcedenti capite dicta sunt de parochis sæcularibus.

II. An aliquis regularis extra monasterium degat: an aliqui adsint in diœcesi, a suis superioribus, servatis servandis, ejecti, vel aliquis fuerit regularis intra claustra monasterii degens, sed qui extra ea ita notorie deliquerit ut populo scandalo fuerit; et quomodo in hisce casibus in sic delinquentes animadvertit.

III. An sua jurisdictione delegata usus sit in explenda visitatione conventuum et granciarum monasteriorum, in quibus religiosi non aluntur in numero a sacris constitutionibus præfixo; et quinam sunt religiosorum mores, in dictis conventibus, et granciis degentium.

IV. Denique an aliquod habeat cum regularibus offendiculum in exercitio jurisdictionis delegatæ in illis casibus, in quibus eadem ipsi tributa est a sacro concilio Tridentino, vel a summorum pontificum constitutionibus, et signanter a bulla Clementis Papæ X quæ incipit *Superna*.

§ V.

De quinto relationis capite ad moniales pertinente.

In hoc capite exponendum erit

I. An moniales, episcopo subjectæ, suas servent constitutiones.

II. An clausura in earum monasteriis inviolate custodiatur.

III. An aliqui abusus in iisdem monasteriis irrepserint, qui consilio, aut auxilio sacre congregationis indigeant.

IV. An, præter ordinarium confessorem,

alius extraordinarius ab ipso bis, aut ter in anno fuerit oblatas.

V. An dictorum monasteriorum redditus fideliter administrentur, et monialium dotes fuerint persolutæ, et quomodo erogatæ.

VI. An in monasteriis monialium, quæ sunt prælatis regularibus subjecta, curaverit ut clausura dictarum sanctimonialium fuerit exacte observata; et an contra inobedientes et contradictores, per censuras ecclesiasticas, et alia juris remedia processerit.

VII. An harum monialium confessarii regulares, sive ordinarii, sive extraordinarii, fuerint ab ipso approbati, antequam earum confessiones exceperint.

VIII. An, adhibitis superioribus regularibus, singulis annis exegerit rationem administrationis ab his, qui administrarunt bona pertinentia ad hæc monialium monasteria regularibus subjecta: et an fideliter eorum redditus administrentur, et alia fuerint adimpleta, quæ præscribuntur in bulla Gregorii XV, quæ incipit *Inscrutabili*.

§ VI.

De sexto relationis capite pertinente ad seminarium.

In hoc capite exponendum erit

I. Quot sint in seminario alumni

II. An in ecclesiastica disciplina recte instituantur.

III. Quibusnam studiis vacent, et quo profectu.

IV. An cathedrali, et aliis locis ecclesiæ diebus festis inserviant.

V. An cum consilio duorum canonicorum seniorum, a se electorum, necessaria pro recto regimine statuerit.

VI. An illud aliquando visitet, et operam det ut constitutiones adimpleantur.

VII. An statuta sit taxa ad tramites concilii Tridentini, eademque exigatur; et an aliqui sint morosi in ejus solutione.

§ VII.

De septimo capite ad ecclesias, confraternitates et loca pia pertinente.

In hoc capite exponendum erit

I. An in sacristiis omnium et singularum ecclesiarum exposita sit tabella onerum missarum et anniversariorum, ad tramites decretorum san. mem. Urbani VIII, et an eis punctualiter satisfactum sit.

II. An in confraternitatibus, scholis, aliisque locis piis, punctualiter executioni mandentur pia opera a testatoribus injuncta.

III. An quolibet anno sibi fecerit redditiones ab horum locorum administratoribus.

IV. An montem pietatis, sive charitatis visitaverit: et an idem habeat redditus, qui superabundant sustentationi ministrorum, aliisque necessariis expensis, et in quas causas redditus illi erogentur; et si quid exigatur ab illis, qui pecuniam, aut frumentum, si agatur de monte frumentario, ab eo recipiunt.

V. An infirmorum hospitalia visitaverit, reddituum rationes ab administratoribus

exegerit, et an infirmis necessaria, quoad salutem animæ et corporis, in eis submitrentur.

§ VIII.

De octavo relationis capite ad populum pertinente.

In hoc capite exponendum erit

I. Quinam sint populi mores, et an in pietate proficiant.

II. An aliquis irrepserit abusus, aut prava quædam in eodem inoleverit consuetudo, quæ consilio indigeat, et Sedis Apostolicæ adjutorio.

§ IX.

De ultimo capite ad postulata pertinente.

Ultimo loco episcopi, archiepiscopi, primates et patriarchæ, qui suarum Ecclesiarum relationes ad sacram transmittunt congregationem, si quæ habent postulata proponenda pro suarum regimine Ecclesiarum, proponere poterunt, cum clara facti, et omnium circumstantiarum expressione; et qua-

LINEA AFFINITATIS, CONSANGUNITATIS, LEGALIS PATERNITATIS, LEGALIS FRATERNITATIS, LEGALIS AFFINITATIS.

Vid. verb. AFFINITAS, et verb. IMPEDIMENTA MATRIMONII, art. 1, n. 27, ad 78.

LITANIÆ.

SUMMARIUM.

1. Verbum *litanïa* est nomen græcum, quod latine significat humiles supplicationes et devotas, seu ferventes preces. — 2. Quatuor litaniarum species apud sacros scriptores reperiuntur, scilicet: *litanïa* Veteris Testamenti, *litanïa* sanctorum, *litanïa* B. M. V. et *litanïa* SS. nominis Jesu. — 3. *Litanïa* Veteris Testamenti quæ sint? — 4. *Litanïa* sanctorum quæ sint? — 5. *Litanïa* sanctorum quare vocantur *maiores* in Festo S. Marci, et *minores* diebus Rogationum? — 6. *Litanias* sanctorum qui primo instituerit? — 7. *Litanïa* beatissime Virginis Mariæ quæ sint? — 8. *Litaniarum* B. M. V. qui fuerit primus auctor et compositor? Eas recitantes lucrantur ducentos dies indulgentiæ. — 9. *Litanïa* SS. nominis Jesu quæ sint? — 10. *Litanïa* SS. nom. Jesu non sunt prohibita, imo ex concessione Sixti V. eas recitantes lucrantur trecentos dies Indulgentiæ. — 11. Exceptis his SS. nominis Jesu, nullæ aliæ præter *litanias* sanctorum, et B. M. V. recitari, et cani possunt sine approbatione Sedis

(1. Verbum *litanïa* est nomen græcum, quod latine significat humiles supplicationes et devotas, seu ferventes preces, concil. Mogunt. I, c. 2., et tradunt communiter doctores agentes de *litanias*. Suarez, tom. II. *De religione*, lib. III, *De orat. vocali*, cap. 9, in fine; Lezana in *Summa*, verb. *Litanïa*, n. 2; Serrarius, in opusculo *Litanïa*, lib. I, c. 2.

(2. Quatuor litaniarum species apud sacros scriptores reperiuntur; scilicet *litanïa* Veteris Testamenti, *litanïa* sanctorum, *litanïa* B. V. Mariæ, et *litanïa* sanctissimi nominis Jesu. Sic Clericatus nelle *Spighe raccolte*, verbo *Litanïa*, n. 217.

(3. *Litanïa* Veteris Testamenti sunt illæ, quas recitabant Hebræi, tum publice in

templo, tum privatim in suis domibus, re-colentes divina attributa reducta in 27 versiculos collectos in *Ps. xxxv*, incip. *Confitemini Domino quoniam bonus*. Cuilibet ex ipsis versiculis, dum recitabantur, respondebant Hebræi: *Quoniam in æternum misericordia ejus*, uti respondemus nos Christiani invocationi cujuslibet sancti: *Ora pro nobis*. Menoch., nelle sue *Stuore*, part. II, centur. 3, cap. 76; Clericat., *loc. c.*, n. 218.

(4. *Litanïa sanctorum* sunt illæ, quæ habentur in Breviario Romano in fine psalmodiarum penitentialium, et vocantur modo *maiores* et modo *minores*. (3. *Majores* vocantur in festo S. Marci evangelistæ, quia tales *litanïa* a principio majori solemnitate fuerunt institutæ et celebratæ, ut notant Suarez

Et hæc sunt, quæ opportuna visa fuerunt, ut in hac instructione inserantur. Quod si aliqua fuerint, quæ episcopi, archiepiscopi, primates et patriarchæ pro suarum indigentia Ecclesiarum atque diœcesium, addenda existimaverint, sciant, ibi liberum esse addere, quæ ipsis addenda videbuntur et ad notitiam sacre congregationis deferre, quæ ex charitatis et justitiæ norma per se expediet, quæ poterit, et majora ad summum Pontificem deferet, qui fratribus suis episcopis, quantum cum Domino licet, gratificari semper exoptabit.

C. card. ORIGUS præfectus.

Loco ✕ Sigilli.

P. Archiepisc. Theodosiæ Secret.

lib. III *De orat. vocali*, cap. 9, n. 6; Castaldus in *Praxi cæremon.*, lib. II, sect. 10, cap. 7; Quarti, *De processionibus*, sect. 2, punct. 9, § *Respondeo*; seu quia, ut dicit Clericus *loco c.*, n. 219, tali die recitantur, et canuntur processionaliter in toto orbe catholico, et Romæ processio dirigitur ad ecclesiam Sanctæ Mariæ Majoris, a quo hoc supranomen sumpserunt, ad differentiam litaniarum quæ canuntur in processionibus trium dierum Rogationum ante Ascensionem Domini, quæ dicuntur *minores*; quia diriguntur ad alias ecclesias inferiores*. Sunt tamen qui litaniam a sancto Gregorio Magno, VII Kal. Maias primum institutam, majorem velint dictam, *minores* vero appellatas *rogationes* a S. Mamerto inductas; sed falluntur, Moguntina enim synodus can. 33, Capitularia Caroli M. alique veteres ipsas Mamerti rogationes *litanias majores* vocant. Binghamus et Selvaggius *Antiquit. Christianar.* lib. II, p. 1, cap. 6, § 7, opinati sunt (neque contemnenda eorum opinio est) *Kyrie eleison* pluries repetitum, et ad matutinum, ad missas, et ad alias liturgiæ partes adhibitum, *litaniam minorem* fuisse dictum, quippe quod brevior fuerit supplicationis formula, in omnibus ecclesiis per diversas nocturni, diurnique officii horas usitata. Cæterum ab eadem formula etiam litanie, quæ in Gregoriana supplicatione, et Mamerti rogationibus canebantur, vel etiam pro aliis opportunitatibus sive privatim, sive a populo publice recitabantur, initium sumebant. Nec tamen exempla desunt litaniarum, quæ, omissis consuetis illis græcis precibus, *Kyrie eleison*, atque adeo omissa ipsa sanctissimæ Trinitatis expressa invocatione, statim incipiant a latina Christi invocatione: *Christe, audi nos*.

Vide tomo XXXII *Sylog. Opusculorum Calogeranæ* Joan. Chrysostomi Trombellii disceptationem epistolarem in quasdam veteres litanias quæst. 3, part. cclxiii*.

(6. Quis autem has sanctorum litanias primo instituerit, non conveniunt doctores. Quidam enim, ut notant Maerius in suo *Hierolexico*, verb. *Litanie*, et Quarti in tract. *De litanis sanctorum* sect. 1, punct. 4, dicunt, fuisse institutas et compositas a divo Gregorio Magno Summo Pontifice, et Ecclesiæ doctore, anno Christi 600. At hæc opinio communiter rejicitur, quia in pluribus conciliis, quæ longe præcesserunt D. Gregorium Magnum, fit mentio litaniarum majorum et minorum, ut patet in concilio Aurelianen., cap. 29, concil. Gerunden., cap. 3; concil. Bracaren. II, cap. 9; concil. Toletan. I, cap. 1; Toletan. II, cap. 6; concil. Moguntin. I, cap. 32 et 33, cap. *Rogationes* 2, dist. 3, *De consecrat.*, cum similibus. Quamvis enim ipse S. Gregorius Magnus sæpius eas indixerit et celebrari præceperit, solemniorique ritu præ cæteris, non tamen ipse instituit et composuit, cum jam multo tempore ante ipsum fuerint litanie sanctorum in usu: quippe cum id. S. Mamertus episcopus Viennæ in Gallia de anno 475, ad impetrandam liberationem infestationis lu-

porum a suo territorio, multas indixit publicas processiones cum cantu ipsarum litaniarum sanctorum: imo in Ecclesia Orientali ipsæ litanie sanctorum erant in usu tempore S. Basilii et S. Greg. Thaumaturgi, qui postremus vivebat in dimid. tertii sæculi, testibus ipso S. Basilio Epist. 63, Clericat., *loc. c.*, n. 220; Socrate, lib. VI *Histor.*, c. 8; Sozomeno, lib. VIII, c. 8; Nicephoro, I, XIV, c. 3, et aliis * 2. Equidem vereor, ne hanc in rem perperam hi Patres laudentur; nam præterquam quod card. Bona *De divinis Psalm.*, cap. 14, § 4, hujusmodi testimonia ad preces liturgicas refert, quæ in liturgiis Jacobi, Basil., Chrysost. *Litanie* appellantur, notum est Græcis *Litanie*, et litæ, λῆτες nomina nativo suo significatu preces quascunque Deo fusas designare. Vide Eusebium *De vita Constantini*, lib. II, cap. 14, et lib. XV, c. 61. Exstat tamen de nostris litanis egregius ejusdem Chrysostomi locus, *Hom. contra ludos et theatra*, ubi ait: « Ante hos dies, irrumpente pluvia, litanie et supplicationes fuere, totaque civitas nostra, quasi torrens ad loca apostolorum currebat, advocatosque implorabamus S. Petrum, et B. Andream, par illud apostolorum, Paulum item, et Timotheum*. » Unde eminentiss. cardinalis Baronius in notis *Martyrologii Romani* ad diem 23 Aprilis, sic concludit: « A quo litanie primum fuerint institutæ, adhuc mihi est inexploratum, vetustissimum sane morem fuisse in Ecclesia litanias peragere, certissimum est * 3. » Non omitendum, litanias in antiquis libris nunc *ternas*, nunc *quinas*, nunc *septenas*, et *septiformes* appellari. Nonnulli sic dictas volunt litanias, quæ in tres veluti partes, quinque, aut septem sectæ sunt et dispersitæ, dum scilicet tria, quinque, aut septem personarum genera totidem ex locis initio sacræ processionis ducto, in eandem denique sacram ædem conveniunt, de quo luculentum exstat exemplum apud sanctum Gregorium M., lib. XI *Epistolar.*, indict. IV, ep. 2. Alia quoque de causa hæc litaniarum divisio orta est. Scilicet, ut recte animadvertit Joannes de Joanne, *De divinis Sæcularum officiis*, cap. 29, *septena litanie* sic erat appellata, quod ejus invocationes singulæ septies repeterentur, scilicet a quinque clericis sigillatim, dehinc a dextro choro, postea a sinistro; *quina*, quod repeteretur quinque, a tribus nempe clericis, et utroque choro singulatim; *terna* vero, quod triplici constaret repetitione: nam ei cantandæ vacabant archichori duo simul, respondente primum choro dextro, deinde sinistro. Plura dabit Trombellius in citata disceptatione epistolari q. 1, pag. 250*.

(7. Litanie sacratissimæ Virginis Deiparæ sunt illæ, quæ dicuntur *Lauretane*, ex quo omni sabbato canantur magna cum solemnitate et devotione in sancta domo Laureti, et jam fere apud omnes Catholicos sic recitari et cani consueverunt. (8. Harum etiam litaniarum primus auctor, et compositor ignoratur; solum testantur catholici scriptores has etiam antiquissimas, et sem-

per recitatas fuisse a fidelibus, tum in publicis ecclesiis, tum in privatis domibus, sacras porrigendo Deo deprecationes per invocationem specialem ejusdem beatissimæ Genitricis, eandemq. Virginem honore prosequendo variis mysticis nominibus, encomiis et attributis, cuiquam ipsorum respondendo: *Ora pro nobis*. Laudatus autem Pater Quarti in suo tractatu *Litaniarum*, sect. 1, punct. 4, secus a Clericato, *loc. cit.*, n. 214, censet quod hæc litanie fuerint institutæ, et formate a sanctis apostolis, quod satis verisimiliter dicit citatus clericus id factum esse post Assumptionem beatissimæ Virginis Dei Genitricis in cælum, ut excitarentur fideles ad implorandam in omnibus indigentis spiritualibus, et temporalibus ejus potentissimam protectionem. « Cum autem, » dicit Quarti, *loc. cit.*, « Cum autem nemo ab historicis litaniarum auctor, quantumvis vetustissimus asserat, quin eo antiquior litaniarum usus inveniatur, merito ab apostolis eas ducere originem censendum est. » Recitantes litanias beatissimæ Virginis Mariæ lucrantur ducentos dies indulgentiæ; Sixtus V, constituit. incip. *Reddituri*.

(9. Litanie sanctissimi nominis Jesu sunt illæ, quæ continent varia attributa, et encomia ipsius sanctissimi nominis Jesu ad similitudinem litaniarum beatissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, quæ, cum recitantur, cuilibet ex ipsis respondetur *Miserere nobis*. (10. Dubitarunt aliqui ex scriptoribus, an hæc litanie sint censendæ prohibitæ, attenda constitutione 122 Clem. VIII, incip. *Sanctissimus*, et declaratione sacræ congregationis Rituum in *Alexandrina* 15 Maii 1608 infra adducenda, in qua conceditur recitari solas litanias sanctorum, et illas beatissimæ Virginis Mariæ Laureti recitari solitas. At nihilominus affirmant omnes communiter, tales sanctissimi nominis Jesu litanias esse approbatas a Sede Apostolica, ac per consequens non includi in prohibitione generali Clementis VIII, et sacræ congregationis Rituum 15 Maii 1608, quia videntur solum loqui de litanis a Sede Apostolica alias non approbatis; Sixtus enim V, constituit. incip. *Reddituri* in Bullario, Rodriguez tom. II, inter bullas Sixti n. 25, ad instantiam Patrum Carmelitarum Discalceatorum concessit trecentos dies indulgentiæ recitantibus dictas litanias sanctissimi nominis Jesu, quod satis indicat tales litanias esse a Sede Apostolica approbatas, et posse ab omni fideli absque ullo scrupulo recitari. Gobat. in *Quinario*, tract. 4, n. 602; Lezana in *Summa*, verb. *Litanie*, n. 5; Quarti in *Appendice de litanis sanctorum*, sect. 1, punct. 1, Clericat., *l. c.*, n. 222, et alii passim.

(11. Exceptis igitur his sanctissimi nominis Jesu litanis, nullæ aliæ præter litanias sanctorum, et beatissimæ Virginis Mariæ Lauretanæ nuncupatæ recitari, et cani possunt sine approbatione Sedis Apostolicæ, aut sacræ congregat. Rituum: Clem. VIII, in cit. constituit. incip. *Sanctissimus*, promulgata octavo Idus Septemb. 1601, in qua sic habetur: « Quoniam multi hoc tempore

privati etiam homines, prætextu alendæ devotionis, novas quotidie litanias evulgant, ut jam prope innumerabiles formæ litaniarum circumferantur, et in nonnullis ineptæ sententiæ, in aliis (quod gravius est) periculosæ, et errorem sapientes inveniantur, pro sollicitudine sua pastorali providere volens ut animarum devotio, Deique ac sanctorum invocatio sine ullius detrimenti spiritualis periculo foveatur, præcipit et mandat, ut retentis antiquissimis et communibus litanis, quæ in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus ac Ritualibus continentur, necnon litanis de beatissima Virgine, quæ in sacra æde Lauretana decantari solent, quicumque alias litanias edere, vel etiam editis in ecclesiis, sive oratoriis, sive processionibus uti voluerint, eas ad congregationem sacrorum Rituum recognoscendas, et si opus fuerit, corrigendas mittere teneantur, neque sine licentia et approbatione prædictæ congregationis eas in publicum edere, aut publice recitare præsumant sub pœnis (ultra peccatum) arbitrio ordinarii, et inquisitoris severe infligendis. » Quaranta in *Summa Bullarii*, verb. *Litanie*.

(12. Litanie non approbantur a sacra congregatione Rituum præter ordinarias impressas in Breviario, et quæ recitantur in ecclesia Lauretana de beatissima Virgine Maria. Sacra congregatio Rituum in *Alexandrina* 15 Maii 1608, in responsione ad dubium 16; apud Sellium in *Selectis canonic.*, cap. 2, n. 48, et Barbosam, *Collectan. Apostolicar.*, verb. *Litanie*, n. 6.

(13. Litanis non possunt inseri alii sancti præter ibi descriptos, neque tempore pestis addendi sunt titulares, et civitatis patroni sine speciali concessionem. Sacr. Congregat. Rituum in *Rhegien.*, 22 Martii 1631; apud Gavant., in *Rubric.*, sect. 9, cap. 4, n. 10; Barbosa, *loc. cit.*, n. 3; La Croix, lib. VI, p. II, n. 2055, decret. 310.

(14. Litanie majores si occurrant in die sancto Paschatis, transferuntur in feriam tertiam sequentem. Sacr. congregat. Rituum die 25 Septemb. 1627. apud Gavant. in *Rubric. Missalis*, part. IV, tit. 11, n. 10, et in *Rubric. Breviarii*, sect. 7, cap. 6, n. 25; apud Barbosam, *loc. cit.*, n. 2; La Croix, *loc. cit.*, decret. 182. (15. Si festum sancti incidat infra Octavam Paschæ, transfertur post Octavam. At non transferuntur litanie. La Croix, lib. IV, n. 1291, et Communis aliorum cum praxi.

(16. Obligatio recitandi Litanias in festo sancti Marci, et tribus diebus Rogationum, est sub mortali. Lezana tom. I, cap. 12, n. 23, ex Suarez, et Bonacina ibi relatis, et in *Summa*, verb. *Litanie*, n. 7. Tannerus, in 2-2, disp. 5, qu. 1, dub. n. 148; Castropalao, t. II, disp. 2, punct. 2, n. 13; La Croix, lib. IV, n. 1290, et alii passim. Ex communi eni sententia theologorum, et usu Ecclesiæ censetur pars officii illorum dierum, ut notat Lezana *loc. cit.* Unde qui ad divinum officium sunt obligati, si illas in processionibus non recitaverit, privatim eas recitare tenentur de præcepto, ut solent notare quo-

tannis suis propriis locis Kalendaria, et cum multis tenent Reiffenst. *Theolog. Moral.*, tract. 6, dist. 1, q. 3, num. 6 et seq.

(17. Et quidem tenentur illas recitare proprio mane, nec possunt illas recitare vesperi pridie statim post Matutinam, et Laudes officii diei etiam pridie recitatas, ut colligitur a simili de officio defunctorum die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, quod recitandum est de præcepto etiam extra chorum mane illius secundæ diei Novembris, nec potest anticipari pridie in Vesperis, ex decreto sacræ congregationis Rituum 1 Septemb. 1607. Merati, t. II, sect. 6, cap. 15, ubi cum multis hanc defendit sententiam. *Vid. verb. Officium defunctorum*; et *verb. Rogationes*, num. 7 (14).

* Nunc autem paritas deducta ex officio

LITTERÆ APOSTOLICÆ.

SUMMARIUM.

1. Litteras Apostolicas falsificantes, et illarum executionem impediētes, quomodo puniuntur: ad n. 2. — 5. Quando expediendæ, et quomodo publicandæ litteræ Apostolicæ super beneficiis resignatis: ad n. 4. — 5. Litteræ Apostolicæ non sunt executioni tradendæ ab iis quibus diriguntur, si obre-

(1. Litteras Apostolicas falsificantes, aut falso publicantes excommunicantur in bulla Cœnæ. Bened. XIV, t. I, const. 14, incip. *Pastoralis*, § 6. (2. Litterarum Apostolicarum executionem impediētes excommunicantur. *Idem ibid.*, § 14.

(3. Litteræ Apostolicæ super beneficiis resignatis expediendi debent post duos ad summum menses a data Rescripti, quo admissa fuit resignatio. *Idem t. II, constit. 10, incip. Ecclesiastica ministeria*. (4. Et publicari debent ad normam constitutionis Gregorii XIII, inter sex menses a data concessionis computandos, si beneficia citra montes posita sint; vel intra novem, si ultra. *Idem ibid.* De Litterarum hujusmodi expeditione do-

SUMMARIUM.

1. Litteras, vel scripturas alienas aperire et legere invito dominis, communiter est mortale. — 2. Litteras dilaceratas et abjectas probabilis non licet, partibus recollectis et junctis, legere. — 3. Et hoc maxime si talia frustra dilacerata litteræ projecta sint a domino in ignem et fornacem, vel in alium similem locum a quo difficilis sit extractio. — 4. Et a fortiori non possunt legi litteræ, quas aliquis casu, vel inconsideratione reliquit in loco etiam publico. — 5. Litteras alienas aperire, et legere quando quis probabiliter scit esse scriptas in suum injustum damnum et in suam injuriam, regulariter non est peccatum; hinc princeps potest aperire et legere litteras, non tantum hostium, sed

(14) *Nota Romani theologi.* — Episcopo præsentate concedit S. R. congr. posse recitari die prima Novembris ante horam Completorii officium Defunctorum in cathedralibus ecclesiis. Similiter et in aliis non cathedralibus, et episcopo absente, quando consuetudo esset in contrarium, dummodo pro commoditate et frequentia populi esset introducta; extra chorum vero licite absolvi posse post vespertinas horas statuit rursus S. R. C. 4 Se-

defunctorum, recitando die 2 Novembris amplius non currit, ex quo anticipari posse permittat S. R. congregatio, cujus decretum habes tomo V, *verb. Matutinum*, n. 15, et tomo VIII, inter *Decreta S. R. C.*, sub n. 1301.

(18. In litanis propriis, seu particularibus quibusdam regularibus ex indulto Apostolico concessis nihil præmitti debet de litanis universalis Ecclesiæ, et solum addi possunt nomina priorum sanctorum; nullimode autem nomina eorum, qui solo fruuntur titulo beatorum. Sic expresse cavetur in *Rubricis particularib. Breviarii Franciscani*, n. 19.

(19. In litanis sanctorum post nomen S. Joan. Bapt. statim adjungi debet illud S. Josephi: Benedictus XIII, 19 Dec. 1726, in *Decreto Urbis et orbis*.

ptionis, aut subreptionis vitio aperte laborent, aut si deficiat conditio, sine qua concessæ non fuissent. — 6. Litteræ Apostolicæ super dispensationibus matrimonialibus quomodo et quibus adjectis conditionibus concedi soleant. — 7. Alia ad rem *vide verb. Exsecutor litterarum Apostolicarum*, et *verb. Falsum, Falsarius*, n. 39 et seq.

cendum est in Officio subdatarii ad obtinendam prorogationem ad publicandum etiam pro prima vice. *Idem, ibid.*

(5. Litteræ Apostolicæ executioni tradendæ non sunt ab iis, quibus diriguntur, si obreptionis, aut subreptionis vitio aperte laborent, aut si deficiere comperiat conditio, sine qua concessæ non fuissent. *Idem const. 31, incip. Magna nobis*. (6. Litteræ Apostolicæ super dispensationibus matrimonialibus quomodo, et quibus adjectis conditionibus concedi soleant. *Vide verb. Dispensatio*.

(7. Alia ad rem. *Vide v. Exsecutor litterarum Apostolicarum*, et *verb. Falsum, Falsarius*, a num. 39. * Et sub v. *Matrim.*, art. 7, Add. Casinenses *.

LITTERÆ.

etiam aliorum, quæ tempore belli veniunt ex locis finitimis hostium, aut ex aliis suspectis; et idem possunt facere ministri publicæ, quoties in bono publico necessarium esse judicant. — 6. Injuste aperiens litteras alterius, ex quibus cognoscit, ipsum aliquod pingue beneficium certo medio consecuturum, certa negotiatione multum lucraturum et hujusmodi, et postea prævenit, impedit, et sibi tali medio, aut negotiatione acquirit, peccat contra justitiam, et tenetur ad restitutionem juxta proportionem certitudinis, probabilitatis, aut spei habitæ illud bonum consequendi. — 7. Item peccat contra justitiam, et tenetur sic ad restitutionem, qui dolose retinet litteras alienas, quas ex justitia, officio vel contractu tenetur tradere, si ex morosa consignatione litterarum alicui fuit impedita consecutio ali-

ptembr. 1745, ita decernens: *Privata officii defunctorum commemoratio absolvi licite potest post vespertinas horas festi Omnium Sanctorum; in choro autem juxta rubricas adimplenda est mane die secunda Novembris: nisi, ut populi commodius et frequentius illis interesse possint, contraria jam faceret consuetudo.* Præsentate vero episcopo, etiam sine causa in hac sanctione expressa recitari potest, ut supra dictum est.

cujus boni. — 8. Regulares utriusque sexus dantes, aut recipientes litteras sine licentia superiorum regulariter non peccant contra votum paupertatis, nisi sint contra utilitatem monasterii, aut expendatur aliquid in illis dandis, aut recipiendis. — 9. Litteras a superioribus ad inferiores et ab inferioribus ad superiores missas aperire, legere, impedire, aut retardare est peccatum grave, et ut casus reservabilis, solet esse casus reservatus in omnibus fere religionibus. — 10. Superiores regulares a licite aperire et legere possunt litteras suorum subditorum? — 11. Nullimode possunt superiores litteras subditorum missas ad superiorem majorem, aut ab ipso superiore majore ad tales subditos directas aperire

(1. Litteras, vel scripturas alienas aperire et legere furtive, et invito dominis communiter est mortale, nisi excuset levitas et parvitas materiæ. Baldell. lib. III, d. 11; Laymann, lib. II, tract. 3, par. I, cap. 4; Navarr., c. penult., d. 6; *Depæn.*; Busemb., lib. V, c. 3, dub. 2, n. 6; La Croix, *ibid.*; Tolletus, Molina et alii passim. (2. Litteras dilaceratas et abjectas probabilis non licet, partibus recollectis legere, quia hoc ipso, quod dominus dilaceraverit, maxime si parva frustra effectit, sufficienter significavit, se nolle ut legantur, et sic non ideo voluit cedere juri suo, aut dimittere secretum; adeoque talia parva frustra colligens, jungens et legens peccat, cum, invito domino, id faciat. Pestchacher, *De restit.*, q. 5, art. 4; La Croix, lib. III, par. II, n. 1236; Rebell. par. I, lib. IV, qu. 4, et alii plures. (3. Et hoc maxime, si talia frustra dilacerata litteræ projecta sint a domino in ignem, vel fornacem, et in alium similem locum, a quo difficilis sit extractio; quia tunc si quis extrahat et legat, facit gravem injuriam domino, qui talia frustra projiciendo in talia loca aperte indicavit se nolle ut legantur. Lugo disp. 13, n. 150; Busemb. *loc. c.*, resol. 6, et alii supracitati. (4. Et a fortiori non possunt legi litteræ, quas aliquis casu, vel in loco etiam publico ex inconsideratione reliquit. La Croix, *loc. cit.*, n. 12, 36; Busemb., *loc. cit.*, resol. 6, et alii passim.

(5. Litteras alienas aperire, et legere, quando quis probabiliter scit esse scriptas in suum injustum damnum, vel in suam injuriam, regulariter non est peccatum, si id simpliciter faciat ad avertendum suum damnum, vel injuriam, cum quilibet possit sibi omni meliori modo consulere: præceptum enim naturale de evitando damno injuste inferendo, præponitur præcepto de observando secreto. Hinc princeps potest aperire et legere litteras non tantum hostium, sed etiam aliorum, quæ tempore belli veniunt ex locis finitimis hostium, aut ex aliis suspectis. Sic etiam possunt facere ministri publici, quoties id bono publico necessarium esse judicant. Navarr. in *Manual.*, cap. 18, n. 53; Lugo, disp. 13, n. 148; Reginald., lib. XXV, cap. 6, n. 60; Escobar, *Lezana*, et alii passim.

(6. Injuste aperiens litteras alterius, ex quibus cognoscit ipsum aliquod pingue beneficium certo medio consecuturum, certa negotiatione multum lucraturum, et hujus-

et legere. — 12. Scribere ad superiores contra aliquem litteras sine nomine, seu cæcas, continentes notabilia delicta occulta, communiter ex genere suo est peccatum mortale. — 13. Non esset tamen peccatum, si id fieret ex charitate ad correctionem, et non ex odio ad vindictam. — 14. Non possunt autem superiores ex hujusmodi litteris procedere ad specialem inquisitionem illorum delictorum, quæ continent, etiamsi in ipsis litteris notificarentur testes, qui delictum testificari possent. — 15. Possunt tamen superiores ex hujusmodi litteris procedere ad generalem inquisitionem. Subnect. Add. ad n. 29.

modi, et postea prævenit, impedit, et sibi tali medio, et negotiatione acquirit, peccat contra justitiam et tenetur ad restitutionem juxta proportionem certitudinis, probabilitatis, vel spei habitæ illud bonum consequendi; quia talis injusta aperiitio et lectio litterarum fuit impeditiva ipsius boni et causa mali. Lugo, disp. 18, sect. 5, n. 104, et in *Resp. moral.*, lib. V, dub. 10; Lessius, lib. II, cap. 12, a n. 140; Sporer, t. II, tract. 4, *Prælimin. ad præcepta secundæ Tab. c. 2*, sect. 5, n. 205; La Croix, lib. III, par. 2, n. 76, et alii.

(7. Item peccant contra justitiam et tenentur sic ad restitutionem, qui dolose retinent litteras alienas, quas ex justitia, officio, vel contractu tenentur tradere, si ex morosa consignatione litterarum alicui fuit impedita consecutio alicujus boni, talis enim dolosa litterarum detentio fuit graviter injuriosa et præjudicialis ei cui erant directæ. Sic doctores supracitati et alii passim.

(8. Regulares utriusque sexus dantes, aut recipientes litteras sine licentia superiorum, regulariter non peccant contra votum paupertatis, nisi sint contra utilitatem monasterii, aut expendatur aliquid in illis dandis, vel recipiendis, tunc enim sunt materia proprietatis. In aliis autem casibus solum erit peccatum contra obedientiam, si id fiat contra rationabile præceptum superioris. Navarr. lib. III, *Consil. de statu monachor.*, consil. 3, et comment. 2 *De regular.*; Peyrin., tom. I *De subdito*, q. 2, *De paupertate*, c. 2, § 10; *Lezana Summa questionum regularium*, c. 26, n. 49, et alii.

(9. Litteras a superioribus ad inferiores et ab inferioribus ad superiores missas aperire, legere, impedire, aut retardare est peccatum grave, quia per hoc impeditur maxime bonum regimen religionis et fraterna charitas inter religiosos: unde inter casus reservabiles a superioribus regularibus Clemens VIII, in suo decreto edito 26 Maii 1593, designavit: « Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut aperiitio litterarum a superioribus ad inferiores et ab inferioribus ad superiores, » et talis casus fere in omnibus religionibus solet reservari, et in nostra religione minorum de Observantia est reservatus sub n. 15, his verbis: « Generalis et provincialis, aut eorum secretariorum litteras tum missas, tum accipiendas, impediētes, frangentes, falsificantes, vel quomodolibet impediētes. »